

est caro mortalis interficiens mortē: morte
 p̄bens patiētie documentū: p̄mittēs resur-
 rectionis exemplū. Quāta bona facta sūt
 iusti: de malo iniusti: Hoc ē magnū dei: qz
 z bonū quod facis ip̄e tibi dedit: z de malo
 tuo ip̄e benefacit. Noli ergo mirari: p̄mittit
 deus z iudicio p̄mittit: permittit z mēsurā:
 numero: pondere p̄mittit. Apud illū nō ē
 iniquitas: tu tñ ad eum ptine. In ip̄o spem
 pone: ip̄e sit adiutor tuus: salutare tuū. In
 illo sit locus munit⁹: turris fortudinis. Re-
 fugiū tuū ip̄e ē: et non te sinit tēptari supra
 q̄ potes ferre: sed faciet cum temptatione
 etiā exitū vt possis sustinere: vt quod te si-
 nit pati tēptationē potestas eius sit: quod
 nō sinit vltra in te fieri q̄ potes ferre: miseri-
 cordia ei⁹ sit: qm̄ potestas dei ē: et tibi dñe
 misericordia: qz tu reddes vnicuiqz secun-
 dū opera eius.

Explicit Tractat⁹ de ps̄ LXI.
**Post tractatū: cum mathematic⁹ in po-
 pulo monstraref.**

Illa ecclesie sitis: etiā istū quē videtis
 bibere vult: simul etiā vt noueritis: q̄
 multi in cōmixtiōe christianoz: ore suo be-
 nedicāt: z corde suo maledicāt: iste ex chri-
 stiano et fideli penitēs redit: z territus po-
 testate dñi: conuertit ad misericordiā dñi.
 Seductus em̄ ab inimico cuz esset fidelis:
 diu mathematic⁹ fuit: seduct⁹ seducēs: de-
 ceptus decipiēs: illexit: sefellit: multa men-
 dacia locutus est cōtra deū: q̄ dedit homi-
 nibus potestatem faciendi quod bonū est:
 z non faciendi quod malum est. Iste dice-
 bat: qz adulteriū non faciebat volūtas p̄-
 pria: sed venus: z homicidiū non faciebat
 volūtas ppria: sed Mars: z iustū nō facie-
 bat deus: sed Jouis: z alia multa sacrilega
 nō parua. Quibus eū putat christianis
 nimios abstulisse: Quibus ab illo emerūt
 mēdaciū quib⁹ dicebamus: Filij hominū
 vsqz quo graues corde: vt quid diligis va-
 nitate z q̄ritis mendaciū: Hodo sicut de
 illo credendū est: horruit mendaciū: z mul-
 torū hominū interitū: se aliqui a diabolo sē-
 sit illectū: cōuertit ad deū penitens. Puta-
 mus fratres: de magno timore cordis acci-
 disse. Quid enim dicturi sum⁹: Nāqz si ex
 pagano puerteret mathematicus: magnū
 quidē esset gaudiū: sed tñ posset videri: q̄a
 sic cōuersis: est clericatus q̄rere in ecclesia.
 Penitens est: nō querit nisi solā misericor-
 diā. Cōmendāus est q̄: z oculis z cordi-
 bus vestris eū quē videt: cordib⁹ amate:

oculis custodite: videte illū: scitote illuz: et
 quacūqz ille trāsierit: fratrib⁹ ceteris q̄ nō
 hic nō sunt ostēdite illū: z ista diligētia mi-
 sericordia ē: ne ille seductor retrahat cor et
 oppugnet. Custodite vos: non vos lateat
 cōuersatio ei⁹: via eius: vt testimonio v̄o
 nobis cōfirmet vere illū ad deū esse cōuer-
 sum. Nō em̄ silebat fama de vita eius: qm̄
 sic vobis videndus z miserāus offertur.
 Hostis in actib⁹ ap̄oz esse scriptū: qz mul-
 ti perierint taliū artū homies: z doctrinaz
 nefariarū sectatores: omnes codices suos
 ad ap̄os attulerūt: z incensi sunt libri tam
 multi vt p̄tineret ad scriptorē: estimationē
 eoz facere: z summā precij p̄scribere. Hoc
 vtiqz p̄pter gloriā dei: ne tales etiā perditū
 desperarent ab illo qui nouit q̄rere qd̄ pe-
 rierat. Perierat q̄ iste: nūc quefit⁹: inuētus
 adductus est: portat secū codices incēden-
 dos: p̄ quos fuerat incendēdus: vt illis in
 ignē missis: ip̄e in refrigeriū trāseat. Sciat
 eū tñ fratres olim pulsare ad eccliaz christi
 medicinā: sed qz talis est in q̄ exercit⁹ erat:
 q̄ supra se esset: z de mendacio atqz fallacia
 dilat⁹ ē ne tēptaret: z aliqui tñ admissus ē:
 ne piculosi⁹ tēptaret. Orate p̄ illo p̄ chri-
 stū: prozsus hodiernā precē fundite domi-
 no deo n̄ro. Scim⁹ em̄ z certi sum⁹: qz oīo
 vestra delet oēs impietates eius. **Homīn⁹
 vobiscū.**

Incipit Tractat⁹ de ps̄ LXII.

Propter eos qui forte rudes sūt ad
 huc ad nomē christi: quia vndiqz
 collegit qui p̄ omibus dedit sāgu-
 nē suū: dicendū est paucis: quod z illi libe-
 ter audiāt q̄ nouerūt z discāt q̄ si nouerūt.
 Psalmi isti quos cātamus anteq̄ dñs no-
 ster Iesus christus natus esset ex virgine
 Maria: spiritu dei dictate dicti z cōscripti
 sūt. Fuit enī Dauid rex in iudeoz gente: q̄
 gens vna colebat deū vnū qui fecit celū et
 terrā: mare z omia que in ip̄is sūt: siue que
 vidētur: siue q̄ nō vidētur. Cetera autē gen-
 tes: aut idola colebāt que manibus suis fe-
 cerāt: aut creaturā dei nō ip̄m creatorē: id
 est aut solē: aut lunā: aut stellas: aut mare:
 aut mōtes: aut arbores. Hec enī omia de-
 us fecit: z laudari se vult in illis: nō illa co-
 li. p̄ se. Ergo in ip̄a gēte iudeoz Dauid rex
 fuit: de cuius semie nat⁹ est dñs noster Je-
 sus christus ex Maria virgine: q̄a de illo
 ducebat genus virgo Maria: que peperit
 christū. z dicti sunt isti psalmi: z p̄phetabat
 in eis christ⁹ v̄etur⁹ post mltos annos: z di-

cebat ab illis pphetis qui fuerunt anteq̄ dñs noster Iesus christus de Maria virgine nasceret. Quicquid futurum erat temporibus nostris: quod modo legimus et videmus: et multum gaudemus: quia spes nostra predicta est a sanctis: qui illud non videbant impletum in spiritu futurum videbant. Et nos modo legimus et audimus a lectoribus disputamus illa: et quod sunt in scripturis sic ea videmus impleri per totum orbem fratrum. Quis inde non gaudeat? Quis non et ea que nondum venerunt ventura speret: propter illa que iam tanta impleta sunt. Adhuc enim fratres videtis: quia totus mundus: tota terra: omnes gentes: omnes regiones currunt ad nomen christi: et credunt in christum. Certe videtis hoc quod ubique evertant vanitates paganorum: videtis hoc manifestum est vobis. Aliquid et hoc de libro vobis legimus et non ante oculos vestros sit? Hoc est totum quod videtis ante oculos vestros fieri: scriptum est ante inmensa volumina annorum: per istos quos modo legimus quoniam iam ista impleri videmus. Sed quoniam scripta sunt et illa que nondum venerunt: id est quia dominus noster Iesus christus venturus est ut iudicet: qui primo venit ut iudicaret. Venit enim primo humilis: postea venturus est excelsus: venit ut ostenderet exemplum patientie: postea venturus est ut pro meritis iudicet omnes: siue bonos siue malos: quia quod nondum venit hoc quod speramus venturum christum iudicem vivorum et mortuorum: debemus illud credere modicum quod restat. Veniturum esse credamus quoniam iam videmus tanta que tunc futura erant modo compleri. Stultus est enim qui non vult credere pauca que restant: cum videat tanta impleta esse que tunc non erant quoniam predictabant. Psalmus ergo iste dicitur ex persona domini nostri Iesu christi et capitis et membrorum. Ille enim unus qui natus est de Maria: et passus est: et sepultus est: et resurrexit et ascendit in celum: et modo ad dexteram patris sedet et interpellat pro nobis: caput nostrum est. Si ille caput est: nos membra sumus: tota ecclesia eius que ubique diffusa est: corpus ipsius est: cuius est ipse caput. Non solum autem fideles qui modo sunt: sed et qui fuerunt ante nos: et qui post nos futuri sunt usque in finem seculi: omnes ad corpus eius pertinent: cuius corporis ipse caput est qui ascendit in celum. Quia ergo iam novimus caput et corpus: ille est caput: nos corpus: quoniam audimus vocem ipsius: et ex capite debemus audire et ex corpore: quia quicquid passus est in illo: et nos passi sumus: quia et nos quod patimur in nobis et ipse patitur. Quomodo si aliquid patitur caput: nunquid potest dicere manus: quia non patitur? Aut si ali-

quid patitur manus: nunquid potest caput dicere: quia non patitur? Quomodo aliquid patitur membrum nisi: omnia membra currunt ut subveniant membro quod patitur. Si ergo ille cum passus est nos in illo passi sumus: et ille iam ascendit in celum et sedet ad dexteram patris: quicquid patitur ecclesia ipsius in tribulationibus huius seculi: in temptationibus: in necessitatibus: in angustiis: quia sic illa oportet erudiri: ut igne tanquam aurum purgetur: ipse patitur. Probamus quia nos in illo passi sumus dicente apostolo: Si autem mortui estis cum christo: quod adhuc velut viventes in hoc mundo decernitis? Preter dicit: quia vetus homo noster simul crucifixus est cum illo: ut evacuaretur corpus peccati. Si ergo in illo mortui sumus: in illo etiam resurreximus. Dixit enim ipse apostolus: Si autem resurrexistis cum christo que sursum sunt sapite: que sursum sunt querite: ubi christus est in dextera dei sedens. Si ergo in illo mortui sumus: et in illo resurreximus: et ipse in nobis moritur: et in nobis resurgit. Ipse est enim unitas capitis et corporis: non in merito vox ipsius etiam nostra est: et vox nostra ipsius est. Audiamus ergo psalmum et in eo christum loquentem intelligamus. Titulum habet iste psalmus. **Ipse David cum esset in deserto Idumee.** Per Idumee nomen intelligitur seculum istud. Idumee enim gens erat quaedam errantium hominum: ubi idola colebant. Non in bono ponitur Idumee ista. Si non in bono ponitur: intelligendum est ista vitia: ubi patimur tantos labores: et ubi tantis necessitatibus subditi sumus Idumee nomine significari. Et hic est desertum: ubi multum sitit: et audituri estis vocem modo sitientis in deserto. Si autem cognoscamus nos sitientes: cognoscemus nos et bibentes: quia qui sitit in isto seculo: in futuro seculo satiabitur: dicente domino: Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam: quia ipsi saturabuntur. Ergo in hoc seculo non debemus quasi amare saginam. Hic sitiendum est: alibi saginabimur. Adhuc autem ut non deficiamus in isto deserto: aspergit nobis rorem verbi sui: et non nos dimittet prius arefcere: ut non sit de nobis repetitio: sed ut sic sitiamus ut bibamus. Ut autem bibamus aliqua gratia eius aspergimur: tamen sitimus. Et quid dicit anima nostra deo?

Expositio psalmi.

Deus meus: ad te de lu-

Doce vigilo. Quid est vigilare: Utique non dormire. Quid est dormire. Est somnus anime: est somnus corporis. Somnum corporis omnes debemus habere: quia si non habeat somnus corporis deficit homo: deficit ipsum corpus. Non enim potest diu sustinere corpus nostrum fra-

gile animā vigilante et intentā i actiōibus. Si diu fuerit intēta aia i actiōib⁹: corp⁹ fragile et terrenū nō illā capit: nō illā sustinet: ppetuo agente: et deficit et succūbit. **Idē** de⁹ donauit somnū corpi: quo repant mēbra corpis: vt possint vigilante aiaz sustinere. **Illud** autē cauere debem⁹: ne ipa aia nra dormiat. **Mal⁹** em̄ ē somn⁹ aie: bon⁹ somnus corpis: quo repant valitudo corporis. **Somn⁹** autē aie est obliuisci deū suū. **Quē** cūq; aia oblita fuerit deū suū: dormiuit. **Ideo** dicit aplus: **Quibusdā** oblitis deuz suū: **Et tanq̄** i somno agentib⁹ deliramēta culture idoloz. **Sic** sunt em̄ q̄ colūt idola: quō q̄ vident in somnis vana. **Si** autē euigilet aia ipoz intelliget a q̄ facta est: et non colit qd̄ ipa fecit. **Bicit** ḡ quibusdā aplus: **Surge** q̄ dormis: et exurge a mortuis: et illuminabit te christ⁹. **Nūquid** corpe dormiētē excitabat aplus: **Sed** excitabat aiaz dormiētē: qn̄ ad h̄ eā excitabat: vt illuminaret a christo. **Ergo** fm̄ ipas vigilias dicit iste: **Beus** de⁹ me⁹ ad te de luce vigilo. **Nō**. n. vigilares i te: nisi ouerē lux tua q̄ te de somno excitaret. **Illumiat** em̄ aias christ⁹ et facit eas vigilare. **Si** autē lumē suū detrahāt: obdormiūt. **Ideo** illi dicit in alio psalmo: **Illumia** oculos meos: ne vnq̄ obdormiā in morte. **Aut** si ab illo auerse obdormiūt: p̄sens est illis lumē et nō possunt videre: qz dormiūt. **Quō** et corpe q̄ dormit inter diez: iā ort⁹ est sol: iam dies calet: et ille tanq̄ in nocte ē: qz nō vigilat vt videat iā ortū diē. **Sic** quibusdā iā p̄sente christo: iam p̄dicata vitate inest adhuc somn⁹ aie illi⁹. **Ergo** vos si vigiletis dicite quotidie: **Surge** qui dormis et exurge a mortuis: et illuminabit te christus. **Vita** em̄ vīa et mores vīi vigilare debent in christo: vt sentiāt alij pagani dormientes: et ad somnū vigiliay vestray excitentur: et ipi excutiāt somnū: et incipiāt in christo vobiscū dicere: **Beus** de⁹ me⁹ ad te de luce vigilo. **Situit** tibi aia mea: **Ecce** illud desertū Idumee. **Videte** quō hic sitit: s̄ vide qd̄ hic bonū est: situit tibi. **Sūt** em̄ q̄ sitūt: sed nō deo. **Qis** q̄ sibi vult aliqd̄ p̄stari: i ardore ē desiderij. ipm̄ desiderij s̄ aie. **Et** videte quāta desideria s̄ in cordib⁹ hoim̄: **Ali⁹** desiderat aurū: alius desiderat argentū: alio desiderat possessiones: alius desiderat hereditates: alius amplā pecuniā: alio multa pecora: alio domuz magnā: alio vxorē: alius honores: alius filios. **Videte** desideria ista quō sūt in cor-

ribus hominū. **Ardēt** omnes homies desiderio: et vix inueniūt qui dicat: **Situit** tibi aia mea. **Sitūt** em̄ homies seculo: et nō se intelligūt in deserto esse Idumee: vbi debz sitire aia ipoz deo. **Bicam⁹** ḡ nos: **Situit** tibi aia mea: **Dēs** dicam⁹: qz in cōcordia xpi oēs vna aia sum⁹: ipsa aia sitiat i Idumee. **Situit** tibi inqt̄ aia mea. **Quā** multipliciter tibi et caro mea. **Parū** ē: qz situit aia mea: situit et caro mea. **Putas** si aia sitit deo: quō et caro sitit deo: **Qñ** enim caro sitit: aquā istā sitit: qñ aia sitit fontem sapiētie sitit. **Be** ipō fonte inebriabunt aie nostre: sicut dicit alius psalmus: **Inebriabunt** ab vbertate dom⁹ tue: et torrente deliciarū tuay potabis eos. **Sitiēda** ē ḡ sapiētia: sitiēda ē iusticia. **Nō** ea satiabimur: nō ea implebimur: nisi cū fuerit finita vita ista: et venerim⁹ ad illud qd̄ pmisit de⁹. **Pro**mi sit em̄ de⁹ equalitatē angeloz: et mō angeli nō sitiūt: quō nos: nō cfuriūt: quō nos: sed habēt saginā veritatē lucis immortalis sapiētie. **Ideo** beati sunt: et d̄ tanta beatitudine: qz i illa sunt ciuitate hierlm̄ celesti: vñ nos mō pegrinamur: attendūt nos pegrinos: et misereant nos: et iussu dñi auxiliant nobis: vt ad illā patriā cōmunē aliqñ redeam⁹: et ibi cū illis fonte dñico veritatis et eternitatis aliqñ saturemur. **Adodo** ergo sitiat aia nra: vñ et caro nra sitit: et hoc multipliciter. **Multipliciter** tibi inqt̄ sitit et caro mea: qz et carni nre pmittitur resurrectio. **Quō** aie nre pmittit beatitudo: sic et carni pmittit resurrectio. **Resurrectio** carnis talis nobis pmittitur. **Audite** et discite et tenete que sit ipes christianozū. **Quare** sum⁹ christiani? **Non** em̄ ad hoc sum⁹ christiani: vt terrenā nob̄ felicitatē petam⁹ quā plerūq; habēt et latrones et scelerati. **Ad** aliā felicitatez nos sum⁹ christiani: quā tūc accipiem⁹ cuz vita ista hui⁹ seculi tota trāsierit. **Ergo** pmittit nobis et carnis resurrectio: et talis resurrectio carnis nobis pmittit: vt caro quidem ista quā mō portam⁹ resurgat in finē. **Nec** incredibile vobis videat. **Si** enim de⁹ fecit nos q̄ nō eram⁹: magnū illi ē reparare q̄ eramus: **Ergo** h̄ vobis incredibile nō videat: qz qñ putrescere mortuos videtis: et ire i cineres et in puluerē. **Aut** si incēdat aliquis mortu⁹: aut si canes dilaniēt eū: putatis qz inde nō erit resurrectur⁹: **Qia** q̄ discerpūt: et in fauillas quasdā putrescūt: integra deo sunt. **In** illa em̄ elemēta mūdi eunt vñ primo venerūt qñ facti sum⁹. **Nō** illa videm⁹

Alia lra.
t nō habet.

Alia lra.
t in re.

sed tñ deus vñ scit pducet illa: qz z anteq̄
 essem: vñ sciebat nos pduxit. **T**alis ḡ re-
 surrectio carnis nob̄ p̄mittit: vt q̄uis ipsa
 sit caro quā mō portam⁹ q̄ resurrectura est:
 tñ nō habeat corruptionē quaz mō habet.
Modo em̄ ex corruptiōe fragilitatis: si nō
 māducem⁹: deficiam⁹ z esurim⁹: si nō bibe-
 mus: deficiam⁹ z sitim⁹: si diu vigilem⁹: defi-
 cim⁹ z dormim⁹: si diu dormiam⁹: deficiam⁹:
 ideo vigilam⁹: si diu māducem⁹ z bibam⁹:
 q̄uis p̄fectiōez māducem⁹ z bibam⁹.
 ip̄a diuturna refectio defectio est: si diu ste-
 m⁹ fatigamur: iō sedem⁹: z si diu sedeam⁹:
 z ibi fatigamur: z iō surgim⁹. **B**eide videte
 qz null⁹ carnis nre stat⁹: qm̄ infantia volat
 in puericiā: z q̄ris infantia: z nō ē infantia:
 qz iā p̄ infantia puericia ē. **I**terū z ip̄a mi-
 grat ī adolescētia: q̄ris puericiā z nō inue-
 nis. **A**dolēscēs fit iuuenis: q̄ris adolescen-
 tē z nō est. **I**uuenis fit senex: q̄ris iuuenē z
 nō inuenis. **E**t senex morit⁹: q̄ris senē z non
 inuenis. **N**ō stat ergo etas nra: vbiqz fati-
 gatio est: vbiqz lassitudo: vbiqz corruptio.
Attēdetes q̄lem nobis sp̄e resurrectionis p̄-
 mittat deus. **I**n istis omib⁹ multiplicib⁹
 defectiōib⁹ nris: sitim⁹ illā icorruptionē: z
 sic caro nostra multiplicif sitit deo. **I**n ista
Idumea: in isto deserto: q̄ multiplicif la-
 borat: tā multiplicif sitit: q̄ multiplicif fati-
 gat: tā multiplicif sitit illā infatigabilē incor-
 ruptionē: quā fr̄s mei bono christiano et
 fideli etiā in b̄ seculo caro deo sitit: qz si op⁹
 est carni pane: si opus est aqua: si opus est
 vino: si opus est nūmo: si opus est iumēto
 carni huic: a deo petere debet: nō a demo-
 nijs z idolis: z a nescio quib⁹ potestatibus
 h⁹ seculi. **S**ūt. n. qui qm̄ famē patiunt ī isto
 seculo dimittūt deū: z rogāt mercuriū: aut ro-
 gant iouē vt det illis: aut quē dicūt celestē:
 pron: aut aliq̄ demonia silia: nō deo sitit ca-
 ro ip̄oz. **Q**ui aut̄ deo sitit: vndiqz debēt
 sitire: z aia: z carne: qz z aie deus dat panē
 suū: id est v̄bū veritatis: carni de⁹ dat que
 necessaria sūt: qz de⁹ fecit: z animā: z carnē.
Prop̄ carnē tuā rogas demonia: nūquid
 animā tuā de⁹ fecit: z carnē tuā demonia se-
 cerūt: **Q**ui fecit aiaz: ip̄e fecit z carnē: q̄ fecit
 ambas res: ip̄e pascit ambas res. **U**trūqz
 nostrū deo sitiat: z ex labore multiplici sim-
 pliciter satiet. **U**bi aut̄ sitit aia nra: z mul-
 tipliciter caro nra: nō cuiusqz sed tibi dñe:
 id est deo nro. **U**bi sitit: **I**n terra de-
 serti z sine via z sine aqua: **S**eculū
 istud diximus: ip̄a est Idumea: hoc est de-

*Alia tra.
 z i via z i
 aquosa.*

sertū Idumee: vñ titulū psalmus accepit.
In terra deserta. **P**arū ē deserta: vbi null⁹
 hoim̄ habitat: z insup et sine via: z sine aq̄.
Utinā vel viā haberet ip̄m desertū: vtināz
 illuc hō incurrens: vel nosset qua inde exi-
 ret. **N**ō videt boiem ad solatiū: non videt
 viā qua careat deserto. **E**rgo ibi diuertit:
 vtinā esset vel aqua vñ reficeret q̄ inde nō
 pōt exire. **M**alū desertū horribile z timen-
 dū: z tñ de⁹ misert⁹ est nri: z fecit nobis viā
 in deserto: ip̄m dñm nrm̄ Iesum christū: et
 fecit nobis cōsolationē in deserto: mittēdo
 ad nos p̄dicatores verbi sui: z dedit nobis
 aquā in deserto: implēs sp̄s sancto p̄dica-
 tores suos: vt fieret ī eis fons aque salietis
 in vitā eternā. **E**t ecce habem⁹ hic oia: s̄ nō
 sunt de deserto. **E**rgo proprietatez deserti
 pus cōmēdauit psalm⁹: vt z tu cū audisses
 in q̄ malo esses: si q̄s hic hie posses cōsola-
 tiōes: vel socioz: vel vie: vel aque: nō tri-
 bueres deserto: sed illi q̄ te visitare dignat⁹
 est ī deserto. **S**ic in sancto apparui ti-
 bi vt videre potentia tuā z gloria *Alia tra.
 t virtutē.*
 tuam. **P**rimo sitiuit aia mea z caro mea
 multiplicif tibi ī deserto: z ī terra sine via: z
 sine aqua: z sic ī sancto apparui tibi vt vide-
 re potentia tuā z gloria tuā. **N**isi q̄s primo
 sitiat in isto malo in q̄ est: nunq̄ puenit ad
 bonū qd̄ ē deus. **A**pparui aut̄ tibi inq̄t ī s̄-
 cto. **N**ā in sancto ē magna solatio. **A**ppa-
 rui tibi qd̄ est: **E**t videres me: z iō vidisti
 me: vt viderē te. **A**pparui tibi: vt viderem.
Nō dixit apparui tibi vt videres: s̄ dixit ap-
 parui tibi vt viderē potentia tuā z glia tuā.
Uñ z apls: **N**ūc aut̄ inq̄t cognoscētes deū
 imo cogniti a deo. **P**rius em̄ apparuistis
 deo: vt possit vobis apparere de⁹. **E**t vide-
 rez potentia tuā z gloria tuā. **R**euera ī isto
 deserto: id est ī ista heremo: si tanq̄ ab he-
 remo exigat hō qd̄ sibi saluti est: nunq̄ vi-
 debit potentia dñi: z gloria dñi: sed rema-
 nebit siti moritur⁹: nec viā inuenit: nec con-
 solatorē: nec aquā p̄ quā duret in heremo.
Cū aut̄ erexerit se ad deum: vt dicat illi ex
 medullis oib⁹: **S**itiuit tibi aia mea: z mul-
 tipliciter caro mea: ne forte vel necessaria
 carnis ab alijs petat: z nō a deo: aut nō de-
 sideret illā resurrectionē carnis quā nobis
 p̄mittit deus. **C**ū ḡ se erexerit: habebit nō
 paruas solatiōes. **E**cce fr̄s: quō caro no-
 stra: q̄ diu mortalis ē: q̄ diu fragilis ē ante
 illā resurrectionē: habet solatia ista quib⁹ vi-
 uim⁹: panē: aquā: fructus: vinū: oleū. **I**sta
 oia solatia z subsidia: si nos deserāt: vt q̄

durare non possumus: quis nondum receperit caro ista sanitatem illam perfectam: ubi nullam patiet angustiam: nullam indigentiam: sic et anima nostra cum hic est in ista carne inter temptationes et pericula seculi huius adhuc infirma. **H**abet etiam ipsa solatia verbi: solatia orationis: solatia disputationis. **S**ic sunt ista anime nostre: quomodo illa carni nostre. **C**um autem resurrexerit caro nostra: ut iam istis non indigeamus: habebit locum quendam et statum incorruptionis sue. sic et anima nostra habebit cibum suum ipsum verbum dei: per quod facta sunt omnia. **T**unc gratias illi quomodo modo in hac heremo non nos deserit: siue dando nobis quod necessarium est carni: siue dando nobis quod anime necessarium est: et quanto nos aliquibus necessitatibus erudit: vult ut amplius illi diligamus. **N**e forte per saginam corrumperemur et obliuiscamur eum: subtrahit nobis aliqui que necessaria sunt et atterit nos: ut sciamus quia pater et dominus est: non solum blandiens: sed et flagellans: prepat enim nos cuidam hereditati incorruptibili et magne. **S**i vnam cupiamus: aut vnam sellam tuam: aut si quid habes in domo tua cogitas dimittere filio tuo: et ne perdat illud erudis eum. et flagellis eum ad disciplinam corrigis ne perdat nihil tuum: quod et ipse habet dimissus est: sic et tu non vis ut nos erudiat pater noster in flagellis etiam necessitatus: aut tribulationum: qui nobis talem hereditatem daturus est: et que transire non possit. **H**ereditatem enim nobis dabit seipsum deus: ut ipsum possideamus: et ab ipso possideamur in eternum. **E**rgo in sancto appareamus deo: ut appareat nobis. **A**ppareamus illi in sancto desiderio: ut appareat nobis in potentia et gloria filii dei. **M**ultis non apparuit: sint in sancto: ut appareat et illis. **N**am multi putant illum tantummodo hominem fuisse: quia predicatur natus ex homine: crucifixus et mortuus: ambulasse in terra: manducasse et bibisse: et cetera egisse que sunt humana: et putant illum talem fuisse quales sunt ceteri homines. **A**udistis autem modo cum euangelium legeret quomodo commendauit maiestatem suam: ego et pater vnus sumus. **E**cce quanta maiestas et quanta equalitas patris: descendit ad carnes: propter infirmitatem nostram: ecce quantum dilecti sumus: antequam deus diligeremur. **S**i antequam deus diligeremur tantum ab illo dilecti sumus: ut equalem sibi filium suum homines faceret propter nos: quid nobis seruauit iam diligentibus se? **E**rgo multi nescio quid minimus putant apparuisse in terra filium dei: quia

non sunt in se sancto: non eis apparet potentia ipsius et gloria ipsius: id est quia nondum sanctificatum habent cor unde intelligant eminentiam virtutis illius: et gratias agant deo quia propter ipsos tantus quo venit: ad quam natiuitatem: ad quam passionem: non possunt videre gloriam ipsius et potentiam ipsius. **¶** **Q**uia melior est misericordia tua super vitas: **M**ulte sunt vite humane: sed deus vnam vitam promittit: et non illam dat nobis quasi propter merita nostra: sed propter misericordiam suam. **Q**uid enim boni egimus: ut illud mereremur? **A**ut que bona facta nostra precesserunt: ut deus nobis gratiam suam daret? **N**am quid inuenit iustitias quas coronaret: et non delicta que donaret? **U**ltique delicta que donauit si punire vellet: non esset iniustus. **Q**uid enim tam iustum tanquam ut puniat peccator? **C**um iustum sit ut puniatur peccator: permittit ad misericordiam ipsius non punire peccatorem sed iustificare: et de peccatore facere iustum: et de impio facere pium. **E**rgo misericordia ipsius melior super vitas. **Q**uas vitas: **Q**uas sibi homines elegerunt. **A**lius elegit sibi vitam negociandi: alius vitam rusticandi: alius vitam fenerandi: alius vitam militandi: alius vitam illam: alius illam. **D**iuerse sunt vite: sed melior est misericordia tua super vitas nostras. **M**elius est quod das correctis: quam quod eligunt pueri. **V**nam vitam donas que proponat omnibus nostris quascumque in mundo eligere potuerimus. **Q**uonia melior est misericordia tua super vitas. **L**abia mea laudabunt te. **N**on te laudaret labia mea: nisi me precederet misericordia tua. **B**ono tuo te laudo: per misericordiam tuam te laudo. **N**on enim ego possem laudare deum: nisi mihi donaret laudare se posse. **Q**uonia melior est misericordia tua super vitas: labia mea laudabunt te. **¶** **S**ic benedicam te in vita mea: et in nomine tuo leuabo manus meas. **S**ic benedicam te in vita mea. **I**am in vita mea quam mihi donasti: non in illa quam elegi ego in mundo cum ceteris inter multas vitas: sed quam reddisti mihi per misericordiam tuam ut laudarem te: **S**ic benedicam te in vita mea. **Q**uid est sic? **U**t misericordie tue tribuam vitam meam: in qua te laudo: non meritis meis. **E**t in nomine tuo leuabo manum meam. **L**euabo ergo manus in oratione: leuauit pro nobis dominus deus noster manus in cruce: et extense sunt manus eius pro nobis. **I**deo extense sunt manus eius in

cruce: vt manus nre extēdant i bona opa: qz crux ipi misericordiā nobis p̄buit. Ecce leuauit ille man⁹: z obtulit p nobis sacrificiū deo seipm: z p illud sacrificiū deleta s̄t oīa peccata nra. Leuem⁹ z nos manus nostras ad deū in p̄ce: et nō cōfundent man⁹ nostre: leuate ad deū: si exerceant in bonis opibus. Quid em̄ facit q̄ leuat man⁹? Qñ p̄ceptum est: vt leuatis manib⁹ oremus ad deū. Ap̄tus em̄ dicit: Leuātes puras manus sine ira z disceptatiōe: vt cū leuas manus ad deum: veniāt tibi in mētē opa tua. Quia em̄ man⁹ iste leuant vt impetres qd̄ vis: ipas man⁹ cogitas in bonis opib⁹ exercere: ne erubescāt leuari ad deū. In nomine tuo leuabo manus meas. Iste preces nre sunt in hac Idumea: in hoc deserto: i terra sine aqua: z sine via: vbi nob̄ ch̄stus est via: sed nō via de hac terra. In nomine tuo leuabo man⁹ meas. Et qd̄ dicā: cū leuo manus meas in nomine tuo? Quid petā? Eia fratres qñ leuatis man⁹: q̄rite qd̄ petatis. Ab omnipotēte em̄ petitis: aliqd̄ magnū petite: nō qualia petūt qui nōdum crediderūt. Videtis qualia den̄t z impijs. Petitur⁹ es a deo tuo pecuniā: nūquid nō donat eā z sceleratis qui in illū nō credūt? Quid ḡ p magno petiturus es qd̄ donat z malis? S̄ nō tibi displiceat: qz q̄ donat z malis tam fr̄uola sunt: vt et malis donari digna sint: ne tibi quasi magna videant q̄ possunt donari z malis. Bei quidē sunt et oīa dona terrena: sed videte: qz que donat z malis: nō p magno habēda sūt. Est aliqd̄ quod nobis seruat. Cogitemus autē q̄ donat z malis: z hinc intelligam⁹ quid seruet bonis. Que donat malis videte. Bonat illis lucem istā. Videte: qz vidēt illā multi z mali. Pluuia q̄ descendit sup terrā: z hinc quāta bona nascunt: z malis inde p̄stat et bonis: dicente euāgelio: Qui solē suū oriri facit sup bonos z malos: z pluit sup iustos z iniustos. Bona ergo ista q̄ nascunt: vel d̄ pluuia: vel de sole a dño quidē nro petere debem⁹ cū sunt necessaria: s̄ nō ista sola: qz ista dan̄t z bonis z malis. Quid ḡ debem⁹ petē qñ leuam⁹ man⁹? Quia quō potuit dixit illud psalm⁹. Quid est qd̄ dixit: quomō potuit os humanū aurib⁹ humanis? Quia per ora humana ista dicta sunt: z per quasdam similitudines dicta sūt: quō capere possent oēs infirmi: oēs paruuli. Quid dixit? Quid petiuit? In nomine inq̄ tuo leuabo man⁹ meas. Quid acceptur⁹? **Et tunc**

Alia f̄a.
t̄ Sicur.

adipe z pinguedine repleat anima mea: Putatis aliq̄ pinguedine repleat aia mea? Putat̄ aliquā pinguedinē carnis desiderasse aiaz istā fr̄es mei: Nō em̄ s̄ p magno desiderauit vt pigues arietes: vt pigues porci illi mactarent: vt veniret ad aliquaz coq̄naz: vbi inueniret obsonia pinguis vñ saturaret. Si hoc crediderimus: digni sumus q̄ ista audiam⁹. Ergo aliqd̄ sp̄uale debem⁹ intelligere. Habet quādā pinguedinē anima nra. Est quedā saturitas piguis sapiētie. Sapiētia em̄ ista aie q̄ carēt marcescūt: z oīno ita exules fiūt: vt i bonis omnib⁹ opibus cito deficiāt. Quare cito deficiūt in omnib⁹ bonis opibus: Quia nō habent pinguedinē saturitat̄ sue. Audi ap̄tm de pingui aia p̄cipientē vt quisq̄ bñ opet. Quid ait: Dilare datorē diligit de⁹. Pinguis aia vñ esset pinguis: nisi a dño saturaret: Et tñ quātūlibet hic sit pinguis: qd̄ erit in illo futuro seculo q̄ nos pascit de⁹: interi i hac pegrinatōe. Quid erim⁹ tūc? Nec dici pōt: z fortasse ipaz saturitatē optam⁹ s̄ qñ leuam⁹ man⁹ nras: vbi pinguedine sic saturabimur: vt oīno oīs indigētia nra itereat z nihil desiderem⁹: qz totū p̄sto nobis erit: quicqd̄ hic desideram⁹: quicqd̄ hic p magno amam⁹. Iaz p̄res nri mortui sunt: de⁹ aut̄ viuit. Nō hic potuim⁹ semp̄ hie patres: Vbi aut̄ sp̄ habebim⁹ viuū patrē: Habētes patriā nostrā: quecūq̄ frena sunt sp̄ ibi esse nō possum⁹: z necesse ē vt alij nascantur: z ad h̄ nascant̄ filij cuius illoz: vt excludant inde parētes suos. Ad h̄ em̄ nascitur puer vt dicat maior: qd̄ hic agis? Necesse est vt q̄ succedūt z q̄ nascunt: excludāt eos qui se p̄cesserūt. Ibi oēs parit̄ viuim⁹: non ibi ē successor: qz null⁹ decessor. Qualis illa patria: S̄ diuitias h̄ amas: ipse deus tibi erit diuitie tue. Sed amas fontē bonū: qd̄ p̄clar⁹ illa sapiētia: qd̄ lucid⁹? Quicqd̄ h̄ pōt amari: p omnib⁹ tibi erit: qui fecit oīa. **Tūc adipe z pinguedine repleat aia mea.** **Et labia exultatiōis laudabunt nomen tuū.** In hac beremo in nomine tuo lauabo man⁹ meas: impleat aia mea tanq̄ adipe z pinguedine: z labia exultatiōis laudabunt nomen tuū. Nō em̄ oīo q̄ diu sitis: cū sitis trāsierit: trāsit oīo: z succedit laudatio. Et labia exultatiōis laudabunt nomen tuū. **Si memorat⁹ sū tui sup stratum meū i diluculis meditabar i te: qz fact⁹ es adiutor me⁹.** Stratū suū quietē suā dicit. Qñ aliqd̄ q̄ctus ē: memor

Alia f̄a.
t̄ labia.
t̄ laudabunt
meū.

Alia f̄a.
t̄ memorat⁹
t̄ matutinis
t̄ meditabor.

fit dei: quādo aliquis quietus est non per quietem dissoluat et obliuiscat deū. Si memor est dei qñ quietus est: in actionib⁹ suis in deū meditat. Diluculo enim dixit actiones: qz oīs bō diluculo incipit aliqd agē. Quid g dixit: Si meor fui tui i strato meo: et in diluculo meditabor i te. Si g nō fui memor i strato meo: nec i diluculo meditabor i te. Qui qñ ociosus ē nō cogitat deū: i actionibus suis cogitare deū pōt. Qui autē memor ei⁹ ē: qñ quiet⁹ ē: in ipō meditat cū agit ne i actōe deficiat: Jō qd adiecit: Et in diluculis meditabor i te: qz fact⁹ es adiutor meus. Atēni nisi de⁹ adiuuet bona opā nra: impleri a nobis nō pōt: et digna debem⁹ opari: id ē tāqz i luce: qñ xpo demonstrāte opamur. Quicūqz opatur mala i nocte opat: nō in diluculo: aplo dicēte: Qui inebriant nocte inebriant: et qui dormiunt nocte dormiunt: Nos q diei sum⁹: sobrii sum⁹. Hortat nos vt fm diem ambulem⁹ honeste: sicut in die inq̄t: honeste ambulem⁹. Et iterū: vos inq̄t filij lucis estis et filij diei: nō estis noctis neqz tenebrarū. Qui sunt filij noctis: et filij tenebrarū: Qui oīa mala operant. Usqz adeo filij noctis s̄: vt timeāt videri q operant: et q publice operant mala: ideo publice operant: qz multi illa operant q pauci operant i abscondito. Qui aut talia publice operant: sūt quidē in luce solis: s̄ in tenebris cordis. Nemo g in diluculo opat nisi qui i christo opat. Sz q ociosus memor ē christi in ipō meditat i oīb⁹ actiōib⁹ suis: et est illi adiutor i bono ope: ne p infirmitatē suā deficiat. Si memorat⁹ sum tui sup strātū meū i diluculis meditabor i te: qz fact⁹ es adiutor me⁹. Et i velamēto pēnarū tuarū exultabo: Hilaresco in bonis opib⁹: qz sup me est velamē pēnarū tuarū. Si me non ptegas: qz pull⁹ sum: milu⁹ me rapiet. Bicit em̄ quodā loco ipē dñs de⁹ n̄r ad hierlm quādā ciuitatē illā vbi crucifix⁹ ē: Hierlm hierlm inq̄t quotiēs volui filios tuos cōgregare tanqz gallina pullos suos et nolui. Paruuli sum⁹ g: pteget nos de⁹ sub vmbraulo alarū suarū. Quid cū maiores facti fuerim⁹: Bonū ē nob vt et tūc pteget nos vt sub illo maiore sp nos pulli sum⁹. Sz em̄ ille maior est quātū cūqz creuerim⁹. Nemo dicat: pteget me cū paruul⁹ sum: qñ aliqñ ad tantā magnitudinē possit puenire q sibi sufficiat: sine ptectiōe dei nihil es: semp ab illo ptegi velim⁹. Tūc sp in illo magni esse poterim⁹: si sp sub illo puuli sum⁹. Et i velamēto pēnarū tuarū exultabo. **Agglutina**

ta ē aīa mea post te. Vide desiderantē: vide sitientē: videte quō heret deo. Pascat i nobis affect⁹: si iā germiat cōpluat et crescat: pueniat ad tale robur: vt et vos dicat ex toto corde: agglutinata ē aīa mea p⁹ te. Ubi ē ipm gluten: Ip̄m gluten caritas est. Caritatē habe q glutine agglutinet aīa tua p⁹ deū: nō cū deo: s̄ p⁹ deū: vt ille pcedat: tu seq̄r. Qui. n. voluerit deū antecede: p̄silio suo vult viuere: et non vult seq̄ pcepta dei. p̄pterea et p̄tr⁹ repulsus ē: qñ voluit cōsiliū dare christo passuro pro nobis. Adhuc em̄ infirm⁹ erat p̄tr⁹: et quāta vtilitas eēt generi hūani i sanguine christi nō nouerat. B̄ns aut q venerat redimē nos et dare precium p nobis: sanguinē suuz cepit p̄dicare passionē suā. Expauit p̄tr⁹ qñ moriturū dñm quē volebat h̄ sp viuere: quō illuz videbat: quia carnalib⁹ oculis dedit: carnali affectu circa dñm tenebat: et ait illi: Absit a te dñe p̄tin⁹ esto tibi. Et dñs: Redi post me satanas: non em̄ sapiš q dei sūt: s̄ que hoīm. Quare: q sunt hoīm: Quia antecedere me vis. Redi p⁹ me vt seq̄ris me: Ut iā sequēs christuz diceret: Agglutinata est aīa mea post te. Merito annectit. **Me suscepit dextera tua.** Agglutinata ē post te aīa mea: me suscepit dextera tua. B̄ns i nobis: id est i homie quē gestabat p nobis: quē offerebat p nobis: dixit hoc: dicit hoc et ecclesia in christo: dicit i capite suo: qz et ipa passa ē hic p̄secutiōes magnas et singillatim etiā mō patit. Quis em̄ pertinēs ad christū: nō varijs tēptatiōib⁹ agitaf: et quotidie agit cū illo diabol⁹ et angeli ei⁹ vt puertaf q̄libet cupiditate: q̄libet suggestionē: aut p̄missiōe lucri: vel terrore dāni: vel p̄missione vite: vel terrore mortis: aut alicuius potētis inimicitijs: aut alicuius potentis amicitijs: Omnib⁹ modis instat diabolus quēadmodum deficiat: et in p̄secutionib⁹ viuim⁹: et habem⁹ p̄petuos inimicos: diabolū et angelos ei⁹: s̄ nō timeam⁹. Sic sūt diabol⁹ et angeli ei⁹ qñ milui: Sub illi⁹ galline alis sum⁹: et nō nos pōt p̄tigere. Gallina em̄ q nos ptegit: fortis ē: infirma est p̄pter nos: s̄ fortis ē in se dñs n̄r Iesus christ⁹: ipa sapiētia dei. Ergo dicit b̄ et ecclesia: Agglutinata ē aīa mea post te: me suscepit dextera tua. **Ip̄i vō iuanū q̄sierūt aīaz meā.** Quid mihi fecerūt: Quiesierūt aīaz meā pdē. Utinā q̄rerēt aīaz meā vt crederēt meū: s̄ q̄sierūt aīaz meā vt pderēt me. Quid facturi: Nō em̄ rapturi erāt glu

Alia lra. talarū.

Alia lra. t adhefit.

ten q̄ adhesit aia mea post te. Quis. n. nos
sepabit a caritate christi. Tribulatio: an an-
gustia: an persecutio: an fames: an gladius:
Dextera tua suscepit me. Ergo ppter illud
gluten: et ppter potestimam dexteram tuam iuanu
q̄sierunt aiaz mea. Quotq̄t persecuti sunt: vel
psequi cupiunt ecclesiam pot̄ de his hoc intelligi:
maxie hoc tñ accipiam de iudeis: q̄ q̄sierunt
aiaz christi p̄dere. Et in ipso capite nro qd
crucifixerunt: et i discipulis ei q̄s postea p̄secu-
ti s̄t. Quiescit aiaz mea. **Introibunt i in-
feriora terre.** Terram parere noluerunt vt
crucifigeret christu: in inferiora terre ierunt.
Que sunt inferiora terre? Terrene cupidi-
tates. **Meli** e carne ambulare sup terram q̄
cupiditate ire sub fra. **Ois em̄** qui q̄ salutem
suam cupit terrena: sub terra est: qz terram sibi
p̄posuit: fra sup se posuit: et se sibi fecit. Illi
q̄ timetes terram p̄dere: quid dixerunt de dño
Jesu christo cum videret multas turbas ire
post illu: qz mirabilia faciebat. **Si illu dimi-
serim** viuū: veniet romani et tollent nobis et
locu et gentem. Timuerunt p̄dere fra: et ierunt
sub terram: accidit eis et qd timuerunt. Nam io
voluerunt christu occide: ne fra p̄deret: et io
terram p̄diderunt: qz christu occiderunt. **Oci-
so em̄** christo: qz dixerat illis ipse dñs: ause-
ret a vobis regnu et tradet gen̄i faciet iusti-
cia: secute s̄t illos magne calamitates p̄se-
cutionu. **Uicerunt illos** impatores romani
et reges gentiu: exclusi s̄t de ipso loco vbi cru-
cifixerunt christu: et mo loc⁹ ille plen⁹ e chri-
stianis: nullu iudeu hz: caruit inimicis chri-
sti: implet⁹ e laudatorib⁹ christi. **Ecce p̄di-
derunt a romanis locu:** qz christu occiderunt
q̄ p̄pterea occiderunt: ne locu a romanis p̄-
deret. Ergo introibunt i ima fre. **Tradent**
iman⁹ gladij: Reuera sic illis visibit
congit: expugnati sunt irruentib⁹ hostibus.
Partes vulpiu erunt. Vulpes dicit re-
ges seculi: q̄ tñ fuerunt qm̄ debellata e iudea.
Audite vt noueritis et intelligatis: qz ipos
dic vulpes. **Herode regē** ipse dñs vulpem
appellauit: **Ite inqt et dicite vulpi illi.** Vi-
dete et attendite fr̄s mei: christu regē hie no-
luerunt: et ptes vulpiu facti s̄t. **Qu em̄** pi-
latus p̄ses i iudea legat⁹: occidit christu ex
vociu iudeoz: dixerat ipis iudeis: **Regē**
v̄m crucifigā: Quia dicebat rex iudeoz:
et ver⁹ rex ipse. Et illi repellentes christu: dix-
erunt: **Nos nō habem⁹** regē nisi cesare. **Rep-
pulerunt agnū:** elegerunt vulpē: merito ptes
vulpiu facti s̄t. **Rex vō** io ita positu e: q̄a
illi vulpē elegerunt: regē vō noluerunt. **Rex**

vō: id est ver⁹ rex: cui titulu inscript⁹ est: qm̄
passus e. Nam pilatus huc titulu sup caput
ei⁹ inscriptu posuit: rex iudeoz: hebreia lin-
gua: greca: et latina: vt ois q̄ trāsiret legeret
gloria regis: et ignominiam ipoz iudeoz: qui
reijcietes veru regē elegerunt vulpē cesare.
Rex vō letabit i deo. Illi facti sunt
ptes vulpiu. **Rex vō letabit i deo.** Que si
bi visu s̄t q̄si supasse cum crucifigeret: tñ cru-
cifix⁹ iudit p̄ciu quo emit orbē terraz. **Rex**
vō letabit i deo. **Laudabit ois q̄ iu-
rat i ipso.** Quare laudabit ois q̄ iurat in
ipso: Quia sibi elegit christu: non vulpē: qz
q̄si illi iudei insultauerunt: tñ dedit ille vñ
redimeremur. **Ad ipm̄ q̄ ptinem⁹:** q̄ nos re-
demit: q̄ p nobis mundu vicit: nō armato
militē: s̄ irrita cruce. **Rex vō letabit i deo:**
laudabit ois q̄ iurat i ipso. **Qui iurat in eo:**
Qui pollicet ei vitā suā: q̄ vouet illi et red-
det: q̄ sit christian⁹: hoc e qd ait: **Laudabit**
ois q̄ iurat in ipso. **Qm̄ oppilatu e os**
loquetiu iniq̄. Quanta iniqua locuti s̄t
iudei: quanta mala dixerunt: nō solu iudei: s̄
et oēs q̄ ppter idola christianos p̄secuti s̄t.
Qm̄ seuebat i christianos: putabat q̄ pos-
sent finire xpianos: cum putat q̄ possent fini-
re: christiani creuerunt: et ipi finiti s̄t. **Oppi-
latu est os loquetiu iniq̄.** Nemo aude mō
publice loqui contra christum: iam omnes
timent christum. **Qm̄ oppilatum est os lo-
quetiu iniq̄.** Qm̄ i infirmitate agn⁹ erat: etiā
vulpes audebat q̄ agnū. **Ticit leo** de tribu
iuda: et siluerunt vulpes. **Qm̄ oppilatu e os**
loquetiu iniq̄. **Explicit Trac. de ps. LXII**
Incipit Trac. de ps. LXIII. Prefatio.
P Afflictis sanctorum martyrum die hodie
festum habetes: in eoz recordatioe
gaudeam⁹: recolentes qd patiebāt:
et intelligetes qd intuebant. **Nūquid** enim
tantas tribulatioes carne toleraret: nisi ma-
gnā quietē mēte cōciperet. **Hūc** itaq̄ psal-
mū p ipa solēnitare curram⁹. **Hesternu** em̄
die mltā audiuit caritas v̄a: nec hodie tñ
hūc festiuitati negare potuim⁹ nostrā serui-
tutē. **Itaq̄** qm̄ maxie dñi passio p̄medat i
hoc psalmo: nec potuerunt esse fortes mar-
tyres: nisi intuerent eū qui p̄m⁹ passus est:
nec talia sustineret in passione q̄lia ille: nisi
taliam sparēt i resurrectione: q̄lia ipse de se de-
mōstrauit. **Notuit** autē sanctitas v̄a caput
nrm̄ esse dñm nrm̄ Jesu christu: oīnesq̄ illi
coheretes mēbra esse illi⁹ capitis: eiusq̄ vō
cē iā hētis notissimā: qm̄ nō ex solo capite:
s̄ etiā ex corpe loquit. **Vocesq̄** eius nō tñ

Alia lra.
t̄ Laudabunt
oēs qui iurat
in eo.

Alia lra.
t̄ qz obstruat